

Joachim Schnobel

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Joachimus Schnobelius,  
I.U.D. & Professor ad iusta funebria, quae Vir ... Dn. M. Elias Taddelius, SS. Theol.  
Professor & Ecclesiae Petrinae Pastor Filiolo dulcissimo Michaeli Taddeln. parata  
cupit, omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77680765X>


Druck Freier  Zugang



Schnobel, J.

in M. Taddel.

Rostock 1643.







PROGRAMMA

*Quo*

RECTOR

Academiæ Rostochiensis

JOACHIMUS SCHNOBE-



LIUS, J. U. D. & Professor

*ad*

Justa funebria,

*quæ*

*Vir Reverendus & Clarissimus*

DN. M. ELIAS TADDELIUS,

SS. Theol. Professor & Ecclesiæ Petrinæ

Pastor

*Filiolo dulcissimo*

MICHAËLI  
TADDELN.

*parata cupit,*

Omnes omnium ordinum cives

Academicos Studiosè invitat.

---

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Academia Typographi.

Anno M. DC. XLIII.

16

PROGRAMMA  
RECTOR  
Academice Rostochensis  
IOACHIMUS SCHNORR  
LIT. J. U. D. & Professor  
Iussu auctoritate,  
D. N. MICHAELIS TADDELIUS  
P. Rectoris & Rostochensis  
P. Rector  
P. Rectoris & Rostochensis  
MICHAEEL  
TADDELIUS  
P. Rector  
Omnes omnium ordinum cives  
Academici studiosi in vestra  
ROSTOCHIA  
THE MICHAELIS TADDELIUS  
ANN. 1803





**D**E Midá Phrygum Rege opu-  
lentissimo narrat ex Aristotele Plu-  
tarchus, illum venationis studio ali-  
quando occupatum pro ferâ SILE-  
NUM, quem Liberi Patris alumnum, vatem &  
Semideum credebant, cepisse, & cum a capro va-  
ria abstrusa & mirabilia, quorum aliquam par-  
tem Ælianus refert, sciscitatus esset, tandem, quid  
homini optimum & è cunctis maximè expe-  
tendum censeret, quasivisse. Ad id illum velut  
attonitum & perculsum cum silentio paulisper  
hasitasse, cum verò urgendi, ut loqueretur, fi-  
nem Rex non faceret, tandem dixisse: *Αὐτὸ πρῶτον  
πῶτον ἐστὶ γενέσθαι τὸ πῶτον ἀέρισον. Αέρισον πῶτον καὶ πῶτον τὸ μὴ  
γενέσθαι. δεύτερον δὲ τὸ γενόμενοις ἀποθανεῖν ὡς τάχιστα.* *Primum o-*  
*ptimum est hominem non nasci, proximum autem*  
*quam primum mori.* Quod sanè responsum à du-  
ctu & ordine naturæ species suas studiosè cupi-  
entis & conservantis discrepat, nec divinæ men-  
ti, quâ propagatio generis humani decreta, satis  
est consentaneum. Quin affectui & votis homi-  
num,



num, qui perpetuitatem sui generis ubique moliantur & interitum reformidant; ac publicæ deniq; rei, cujus in senum prudentia & usu rerum salus consistit, omninò repugnare videtur. Verùm enim verò, si ærumnosum hoc vitæ pelagus, in quo densa nube mœroris, undis curarum, procellis periculorum, fluctibus adversitarum, seopulis casuum variorum, & latentibus simulratum brevibus, ac saxis odiorum cuncta horrèt, intuemur, Silenum hunc nihil absurdum aut inconditum dixisse intelligemus. Quemadmodum enim fortunatum prædicamus, qui nunquam ingressus est mare, vel si ratem ejus sævitæ commisit, citissimè portum est investus; ita infelicitatis non involvitur undis, qui in vitam non emittitur, nec diu torquetur, cui exitus ex ea fuit in proclivi. Quot enim obveniunt homini, ad quæ subinde ingemiscat, quot committit pœnitenda, quibus intimè doleat, & cœli hujus hanc lucem ac vitæ spiritum sibi ingratum & injucundum esse quiritetur, adeoq; τῶν φοβερῶν φοβερῶτατον MORI votis indesinentibus præoptet? Misera omninò hæc est vita, etiam luxu, divitiis ac honoribus affluentis, nisi sensum omnem exuerit, acerba & luctuosa, quam ad primum ejus gustum sine labe reliquisse in parte felicitatis maxima

xima est ponendū. Tam felici hoc tempore licuit  
esse infanti suavissimo MICHAELI Taddeln / cujus  
in primordio vitæ piè defuncti exuvia solenni ri-  
tu hodie terræ matri sunt coheredendæ. Natus  
hic est xxiii. Septembris Anni nuper præterlapsi  
1693. Patre viro Reverendo & Clarissimo  
Dn. M. ELIA TADDELIÛ SS. Theol. in Academiâ  
hac Professore & Ecclesiæ Petrinæ Pastore vigi-  
lantissimo, fautore, Collega & amico nostro ho-  
norando. De cuius virtutibus ac meritis, qui-  
bus cætum Christianum suæ curæ commissum &  
studiosam juventutem, adeoq; Academiâ no-  
stram totam sibi devincit, ac famam ad exteros  
longè latèq; feliciter extendit, verba facere, nec  
ipsius patitur modestia, nec hominis verecundi  
officium admittit. Est & fertur in oculis omni-  
um, qui hic degimus, ut dotes ac laudes ejus taci-  
tæ potius cujusvis dextrè judicantis æstimationi  
relinquendæ, quàm calamo nostro exponendæ  
videantur. Mater verò, quæ felici partu eum di-  
cto tempore in vitam hanc enixa, est lectissima &  
honestissima foemina KUNIGUNDA Lufowen. A-  
vum paternum BERNHARDUM Taddeln / Civem  
& Centum-virum hujus civitatis integerrimum;  
Aviam paternam CATHARINAM Schmilowen / ma-  
tronam laudatissimam: Avum verò maternum

JOHANNEM Zubowen/ civem hujus urbis humanis-  
simum; Aviam maternam KUNIGUNDAM Re-  
mersi feminam optimam & curâ rei familiaris  
imprimis celebrem habuit. His ortus parenti-  
bus ac avis infantulus noster, Christoq; Servatori  
sacro baptismatis lavacro consecratus non po-  
tuit non magnam & certissimam futura probita-  
tis spem de se præbere. Quid enim juxta naturæ  
intentionem ac legem certius, quàm, uti fructus  
arbori, flores plantæ, fetus animali respondere  
solent, sic genitum hominem genitori similem  
prorsus fieri, præsertim, si doctrinæ vim ho-  
nestæ mentis insitam sub educatione accuratâ  
promoveat, moderetur, extollat? Verùm fallax  
spes illa fuit, dum vix quatuor mensibus vitæ hu-  
jus frui potuit usurâ. Edcæ enim, cum nudius  
tertius salvus & incolumis Parentibus adhuc ar-  
risisset, ac vesperi cumis impositus, precibus DEO  
commendatus ac somno relictus esset, sequenti  
die, undecimo scilicet hujus mensis, hora sextâ  
matutinâ in iisdem, noxiò fortè quodam humore  
multis hoc tempore infesto repertus est suffoca-  
tus & extinctus. Acerbissimum sanè vulnus pe-  
ctoribus parentum *φασίς* hoc obitu tam ino-  
pinato & repentino jam deudò est inflictum, ut  
vel ex hoc casu & luctu, quàm misera sit humana  
vita

vita conditio, quã q̃ in ea diu commorari homini  
haud sit optandum, cognoscatur. Cum ipso ve-  
rò puellulo, qui limen saltem attingit ærumna-  
rum, & antequam eas non sensu solum, sed & co-  
gitatione percipere posset, ab iisdem subtractus  
fuit, quàm optimè actum esse constat. Extra e-  
nim insidias malignantis mundi, & ultra omnem  
invidiam ac livorem, procul à turbis, contentio-  
nibus, periculis, & tot casibus adversis in cœtu be-  
atorum constitutus, obitu suo præmaturo matu-  
ritatem securæ quietis, gaudii, & gloriæ semper-  
næ est consecutus. De quo meliori ipsius statu  
cùm non dubitare queant Parentes, qui eum ve-  
lut surculum Christo Immanueli insertum, ac  
precibus suis locum, si non ad voluntatem terre-  
nam, tamen ad salutem cœlicam certissimè à DEO  
semper relinquì norunt, luctui ac desiderio suo e-  
tiam ponent modũ, quod q̃ placuit auctori & do-  
mino vitæ nostræ, illi tranquillâ sese mente & ob-  
sequio submittent. Erit enim tempus, quo nutu  
supremi numinis, ipsi eadem felicitate potiantur  
illi q̃; denuò in perpetuum associantur. Sed desi-  
nam memores monere, cum non dubium sit Re-  
verendum ac Clarissimum Dn Patrem medelam  
ex sacro myrothecio, quam aliorum ægritudini  
& curationi adhibet, sibi in exemplum cetero-  
rum

rum ipsi pie ac prudenter applicatorum, matris-  
q; luctum eadem dexteritate mitigaturum & uas  
dempturum esse. Nos verò, Cives Academici, do-  
loris ejus, si quis adhuc moram trahit, sensu me-  
rito tangimur & non præsentiam tantum animi  
ad ferendum hunc casum, sed & meliorem fortu-  
nam ei sincerè optamus. Quam nostram <sup>optamam</sup>  
<sup>seam</sup> & votum ut rei ipsa declarem, agite ad exe-  
quias, quæ defuncto infantulo hodie hora mediâ  
primâ in templo Petrino parabuntur, cohones-  
tandas frequentes confluite, vimq; lethi repenti-  
nâ ac insidias improvisas investrum ipsorum doc-  
umentum probè perpendite ac ruminatè. Id  
quod vos hoc programmate studiosè moneo ac  
officiosè rogo. P. P. xiiii Januarii Anno Christi  
1643 quem omnibus Academiae urbisq; ci-  
vibus lætum adeoq; huic Provinciæ ac toti or-  
bi verè Christiano, faustum & pro optatis-  
simâ pace tandem consequendâ fa-  
lutarem ex animo precor.














vita conditio, quãq; in eadiv con  
haud sit optandum, cognoscatur  
rò puellulo, qui dimen saltem  
rum, & antequam eas non sensu  
gitatione percipere posset, ab ii  
fuit, quàm optimè actum esse c  
nim insidias malignantis mundi,  
invidiam ac livorem, procul à r  
nibus, periculis, & tot casibus adv  
atorum constitutus obitu suo pi  
ritatem securæ quietis, gaudii, &  
na est consecutus. De quo me  
cum non dubitare queant Paren  
lut surculum Christo Immanuo  
ptecibus suis locum, si non ad vo  
nam, tamen ad salutem cœlicam  
semper relinqui norunt, luctui ac  
tiam ponent modû, quodq; plac  
mino vitæ nostræ, illi tranquillã  
sequo submittent. Erit enim ter  
supremi numinis, ipsi eadem feli  
illiq; denuò in perpetuum associ  
nam memores monere, cum flor  
verendum ac Clarissimum Dn P  
ex sacro myrothecio, quam alic  
& curationi adhibet, sibi in exe

omini  
oso ve  
umna  
& co  
tractus  
etra e  
m mem  
entio  
etu be  
matu  
piter  
s statu  
m ve  
m, ac  
terre  
à Deo  
suo e  
& do  
& ob  
nutu  
iantur  
d defi  
sit Re  
delam  
tudini  
terro  
rum

